



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XVIII. De modo eleuandi Crucem è sepulchro in nocte sancta Paschae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS XVIII.

De Feflo Pafchatis & tempore Pafchali.

&c

De modo eleuandi Crucem è fepulchro in nocte
Sancta Pafcha.

Nocte Sancta Pafche hora competentia
ante altare ram Sacerdos indutus Amictu,
Alba, Cingula, Stola & Pluuiiali albi coloris præ-
cedente Thuriferario cum thuribulo & Naui-
cula thuris, duobus Ceteroferarijs cum candelis ac-
censis & Clero etiam cum cereis accensis omnes
veniunt ordine ad fepulchrũ pro afportanda Cruce,
coram quo genibus flexis recitant fuma cum a-
nimi fubmiffione ac deuotione Pfalm. *Miferere
mei Deus, &c.* cum *Gloria Patri* in cuius fine ad-
iungitur *Kyrie eleyfon, Chrifti eleyfon, Kyrie
eleyfon.*

Pater noster.

Vers. *Et ne nos inducas in tentationem.*

Resp. *Sed libera nos à malo.*

Vers. *In refurrectione tua Chrifti, Alleluia.*

Resp. *Celi & terra latentur, Alleluia.*

Vers. *Domine exaudi orationem meam.*

Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Surgens dicat

Vers. *Dominus vobifcum.*

Resp. *Et cum Spiritu tuo.*

Oramus.

Oremus,

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria
Dominica resurrectionis illustras: conserua in nobis
adoptionis Spiritum, quem dedisti: vt corpore &
mente renouati, puram tibi exhibeamus seruitu-
tem. Per eundem Christum Dominum nostrum.
Resp. Amen.

2. Postea stans imponit incensum thuribulo
cum benedictione solita *Ab illo benedicaris* & thu-
rificat Imaginem Christi Crucifixi triplici ductu,
illamque ambabus manibus reuerenter accipit
& portat eleuatam processionaliter, deinde pre-
cedentibus Thuriferario cum thuribulo fumi-
gante, Acolythus cum candelabris & cereis ac-
censis & Clero cum luminibus si moris sit, cir-
cumitur tertio interiùs Ecclesia, Choro interim
cantante Antiphonam *Cum Rex gloria, &c.* Ita-
que tertia facta circumitione Sacerdos cum per-
uenerit ad maius Altare & eidem imposuerit
Crucem canitur à Sacerdote.

Vers. *Surrexit Dominus de sepulchro, alleluia.*

Resp. *Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.*

Oremus,

Deus, qui nos resurrectionis Dominica annua
solennitate letificas: concede propitius: vt per tem-
poralia festa qua agimus, peruenire ad gaudia æ-
terna mereamur. Per eundem, &c.

3. Postea subiungi potest immediatè sequen-
tia *Victima Paschali laudes, &c.* cum Canticone ger-
manica post vel alternatim. *Christus ist cristau
Den/ &c. & Regina cali.* Quibus dictis inchoatur
Matutinum.

4. Re-

4. Repraesentationes trium Mariarum visitantium Dominicum sepulchrum hac nocte in Ecclesijs haberi solita, cum potius in ijs inueniatur quod risum mouere possit, & deuotionis intentionem deprimere, quam pietatis aliquem affectum excitare, a diuersis Archiepiscopis & Episcopis prohibita fuerunt, & manent.

TITVLVS XIX.

De ipso Festo Sancto Pasche.

1. Decet vt Matutinæ hac die solemniter ante Auroram Celebrentur, qua hora Christum resurrexisse credimus.

2. Hac die fit aspersio populi ante Missam cum aqua baptismali prius benedicta, sicut etiam in die Pentecostes tantum, exceptis Ecclesijs in quibus non habent fontes baptismales, ibi enim fit aspersio cum aqua hac die more solito benedicta, ad cuius asperionem nihilominus dicitur *Vidi aquam* vt in Missali. Abusus autem est quod in Collegiatis aut Parochialibus in quibus habent fontes baptismales, non benedicatur aqua benedicta Dominicis diebus infra Pascha & Pentecosten, cum tantum ipsa die Paschæ & Pentecostes aspersio populi facienda est cum aqua baptismali diebus Sabbathi benedicta.

3. Quandoquidem in pluribus Diocesisibus ipso die Paschæ, sicut & singulis diebus Dominicis infra Pascha & Pentecosten in honorem Resurrectionis Dominicæ circui solent Ecclesie & seruari Processio, quæ vt conformiter ritibus antiquarum Processionum seruetur, sequentia videntur seruanda. Facta asperione aquæ benedictæ & oratione post eandem dici solita, Celebrans stans in medio Altaris imponit & benedicit thus

X in thu-

am noctem gloria
conserua in nobis
sti: vt corpore &
hibeamus seruitu-
ominum nostrum.

ensum thuribulo
benedicaris & thu-
ixi triplici ductu,
tuerenter accipit
iter, deinde præ-
thuribulo fami-
bris & cereis ac-
i moris sit, cit-
a, Choro interim
gloria, &c. Ita-
cerdos cum per-
dem imposuerit

pulchro, alleluia.
in ligno, alleluia.

Dominica annua
tius: vt per tem-
ire ad gaudia a-
c.

mediate sequen-
o Cantione ger-
istius ist cristian-
ictis inchoatur

4. Re-